

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9112

**Auteur(s) :** Guillaume de Fougères [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1170-1202]

**Action juridique :** notification

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume de Fougères fait connaître l'accord conclu entre Savigny et le seigneur Leonisius de Fougères, son fils Juhel et le fils de celui-ci Leonisius, à propos de l'église de Brécey.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 967, n° 151.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° CXIX)

Date : Fin XIIe siècle

### Texte d'après A

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, Willelmus de Filgeriis salutem. Sciatis quod discordia que erat inter monachos Savigneii et Leonisium militem et Juhellum filium ejus et Leonisium filium Juhelli super ecclesia de Breceio tali modo concordia est quod predicti Leonisius et Juhellus et Leonisius filius Juhelli quicquid calumpniabantur in prefata ecclesia et pertinentiis monachis Savigneii in perpetuum pacifice dimiserunt et quia Leonisius filius Juhelli nondum miles erat et ad ipsum specialiter illa calumpnia pertinebat super sancta iuraverunt Leonisius avuus ejus et Juhellus filius Leonisii, Willelmus et Gaufridus de Pinceio, Willelmus de Chasteler, Michael Marchisius et filius ejus cognominatus Episcopus et Gaufridus et Gauterus de Kernet, Hamelinus thesaurarius Redonensis, Willelmus de Orege, Willelmus de Sancto Bricio, Herveus de Vitreio, Willelmus Sobric, Philippus abbas et Bartholomeus frater ejus, quod cum Leonisius filius Juhelli talis erit etatis quod secundum legem Normannie finalem stabilemque conventionem possit facere ipsum facient bona fide istam concordiam confirmare, quod et ipse jam duodennis se facturum manu sua affidavit et per librum super altare Savigneii calumpniam suam misit et statim in capitulo monachorum pro ipsa concessione sua dimidiam marcham argenti a monachis accepit hoc etiam concesserunt sorores ejus Matildis et Aeliz monachi autem dabunt annuatim Henrico clerico filio Leonisii XX libras andegavensium, quousque Leonisius filius Juhelli in etate congrua illam concessionem et confirmationem perfecerit ex tunc vero augebunt ei monachi C solidos andegavensium ut singulis annis XXV libras andegavensium habeat aut de denariis monachorum aut in reddito assignatas medietatem in natali Domini et medietatem in nativitate Sancti Johannis Baptiste et si tota summa in reddito non assignaretur, aliunde illi in denariis perficeretur sed si ad religionem vel ad miliciam se transferret, de his ulterius nichil haberet si autem Leonisius filius Juhelli etate congrua istam concordiam non confirmaverit quicquid Henricus filius Leonisii de pecunia

monachorum per annos receperit totum monachis de redditu domini Leonisii restituatur, ad quas restitutionem assignatum est molendinum domini Leonisii de gravella cum tota molta sua a monachis pacifice possidendum quousque tota restitutio legitime consummetur. Tenetur itaque dominus Leonisius hanc pacem pro posse suo confirmare litteris domini regis, archiepiscoporum Rothomagensis et Turonensis, episcoporum Abrincensis et Redonensis et presentibus nostris. Hujus igitur pacis testis sum hinc inde et custos et fidejussor. Testes etiam sunt : Jelduinus Cato, Hamelinus de Ineio, Petrus de Fraxino, W. de Flageio, Juhellus de Rocherio, Juhellus de Lovigneio, Juhellus de Gastinis, Galterus Asinus, Ricahrdus, W. filius Aeline et clerici bricol et Guiousus (?) et plures alii.